



# **Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten**

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere  
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen  
Verhältnisse]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1845**

MIX. Markgraf Ludwig der Römer ertheilt seine Zustimmung dazu, daß das  
Herzogthum Breslau und ganz Schlesien, sowie die Mark Budessin und  
Görlitz, der Krone Böhmen verbunden werden, am 13. Dezember ...

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56193](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56193)

und darumb niemand verdacht, beschädigt oder in einigerley weise betrübet werden soll in khein zukünftigen Zeiten. Mit Urkund etc. Geben zu Nürnberg, feria VI. post Andree Apostoli Anno M. C.C.C. L. V.

Dobner, Monum. historic. Boemiae T. IV, p. 352.

MVIII. Markgraf Ludwig gelobt eidlich für sich und seinen Bruder Otto, alle gegen König Karl von Böhmen und Markgraf Johann von Mähren jetzt und vormals übernommene Verpflichtungen zu erfüllen, am 30. November 1355.

Wir Ludwig etc. bekennen etc., das wir — für vns und unseren Brueder Marggraff Otten, und unser beyder Erben — globen in gueten Treuen ohne gefehrde, und mit geschwornen Eyde, den wir darüber zu den heiligen gethan haben, dem allerdurchleuchtigsten Fürsten und Herren, Herren Carlen, Römischen Khayfern etc. unseren lieben gnädigen Herren, dem Hochgebohrnen Fürsten, Herren Johann, Marggrafen zu Mehren, unseren Ohemen und ihren Erben und nachkommen, Khünigen zu Böhemen und Marggrafen zu Mehren, das wihr Ihn alle Brieffe, globt, teidungen, stuckh, Punkt etc., der wihr uns nuhn und vormals — verschrieben haben, gantz steht und unverrückt haben vnd halten wollen und die genzlichen volführen und volziehen etc. Geben zu Nürnberg etc. Anno M. C.C.C. L. V. die Andree Apostoli.

Nach Dobner, Monum. historic. Boemiae IV. 351.

MIX. Markgraf Ludwig der Römer erteilt seine Zustimmung dazu, daß das Herzogthum Breslau und ganz Schlesien, sowie die Mark Budessin und Görlitz, der Krone Böhmen verbunden werden, am 13. Dezember 1355.

Nos Ludowicus, dictus Romanus, dei gracia Marchio Brandenburgensis et Lusacie, Sacri Imperii Archicamerarius, Comes Palatinus Reni et dux Bavarie. Ad perpetuam rei memoriam. Serenissimus ac invictissimus princeps et dominus, dominus Karolus diuina fauente clementia Romanorum Imperator semper augustus et Boemie Rex, dominus noster graciosus, prouida sue circumspectionis industria diligenter animaduertens, qualiter insignes laudabilis fame titulos moderni temporis mereatur gloriosa posteritas, si quod predecessorum Illultrium circumspecta pridem instaurauit prouiso, vigilantia cura prosequitur ac grate sollicitudinis munit officio, ut fructuosi laboris solertia perhenni successorum commendetur memorie, et ex consequencia bonorum, quasi ex relucenti speculo uetustatis surgat de felicibus mortuis felix memoria rediuiua. Sane licet pridem recolende memorie Serenissimus princeps dominus Fridericus Romanorum Imperator

semper augustus, predeceffor prefati domini noſtri Imperatoris, de ſingulari benignitatis ſue munere clare recordacionis Illuſtri Principi Domino Wladiflao, quondam Boemie duci, qui Regnum Boemie ante coronacionem ſuam regebat, et ſuis heredibus Boemie Regibus, Cenſum de terra Polonie, quem anteceſſores eius Duces Boemie a Polonia multis temporibus accipere conſueuerunt, quemque Polonie et Slezie Duces Sacro Imperio ſoluere tenebantur, prout in litteris domini Frederici Imperatoris prefati euidenter exprimitur, liberaliter duxerit erogandum: Iſi quoque Duces Polonie et Slezie eundem cenſum Illuſtribus progenitoribus et predeceſſoribus predicti domini noſtri Imperatoris in Regno Boemie, eiufdem Regni Boemie Regibus, in ſignum ſubieccionis debite et in recognitionem ſui ſuperioris domini, rite perſoluerint multis temporibus retroactis; Tamen ad habundancioris cautele preſidium tractu temporis dicti duces, ſuo heredum et Suceſſorum ſuorum nomine atque vice, Principatus, Terras ac dominia ſua a clare memorie Illuſtri Principe domino Johanne, quondam Boemie Rege, genitore dicti domini noſtri Imperatoris, dum uiueret, et demum ab eodem domino noſtro Imperatore Karolo, tamquam Boemie Rege, prefato ipſius genitore defuncto, et a Corona Regni Boemie in feodum cum ſolempnitate debita ſuſceperunt dictoque domino Imperatori, ac ipſius genitori dum uiueret, tamquam Boemie Regibus et Corone Regni Boemie preſtiterunt ſolempniter obediencie, homagij, Subieccionis et fidelitatis debite corporalia iuramenta. Et licet inſignis ducatus Wratiſlauenſis et Slezie cum ſuis omnibus pertinencijs, ad utile et immediatum dominium Illuſtrium quondam Boemie Regum progenitorum et predeceſſorum antedicti domini noſtri Imperatoris et Coronam Regni Boemie ſpectauerit ab antiquo, ſicut hoc littere recolende memorie, Sereniſſimi Principis domini Rudolphi quondam Romanorum Regis predeceſſoris dicti domini noſtri Imperatoris, In quarum prima quondam ordinacionem inter Illuſtrem Principem dominum Otokarum quondam Boemie Regem proauum ipſius domini noſtri Imperatoris ex una, et dominum Henricum ducem Wratiſlauenſem parte ex altera, uidelicet quod dictus Rex Otokarus, eidem domino Henrico Wratiſlauenſi et Slezie duci in caſu, ſi ducem premori contingeret, in premiſſo ducatu Wratiſlauenſi et Slezie terris et omnibus dominijs ſuis deberet ſuccedere, per ſe factam aſſerit. — Et in ſecunda ipſarum dicto domino Henrico duce iam ſublato de medio predictum Regem Otokarum heredes et Suceſſores ipſius Boemie Reges, de ducatu Wratiſlauenſi et Slezie terris et dominijs prefatis tamquam actu uacantibus, propter multa grata ſeruicia, que Illuſtres Boemie Reges Sacro Romano Imperio fecerant, ſolempniter inueſtiuit, lucidius atteſtantur; Tamen Illuſtris Johannes quondam Boemie Rex, genitor domini noſtri Imperatoris prefatus, cum Illuſtri domino Henrico Septimo et ultimo Wratiſlauenſi et Slezie duce, Sororio ipſius domini noſtri Imperatoris, dum uterque ipſorum uitam ageret in humanis, quondam ordinacionem inijt et tractauit, uidelicet quod dictus dux Henricus terram et diſtrictum glacenſem cum Vaſallagijs, feodis, dominijs et omnibus pertinencijs ſuis, de conſenſu genitoris dicti domini noſtri Imperatoris, ad uite ſue dumtaxat tempora, habere deberet, ut tamen eo moriente ducatus ſui, puta Wratiſlauenſis et Slezie, ad predictum Glacenſe dominium, ad uſum et poſſeſſionem dicti genitoris domini

nostri Imperatoris, heredum et successorum ipsius Regum Boemie et Coronam Regni eiusdem sine difficultate qualibet reuenerent, sicut hoc processu dierum ad finem deuenit intentum, eo quod dictus Rex Johannes prefati domini nostri Imperatoris genitor dum uiueret, moriente duce prefato, et ducatum Wratislauensem et terram Glacensem prefatam tenuit et possedit, Et ipse dominus noster Imperator de presenti uelut Boemie Rex, in possessione tenens utrumque, utrobilibet dominatur. Et quamuis Marchia Budiffinensis et Gorlicensis, que cum ceteris ciuitatibus opidis et pertinencijs suis, ad Regnum et Coronam Boemie ab antiquo pertinuerit, per Illustrem dominum Otokarum quondam Boemie Regem, Proauum dicti domini nostri Imperatoris, in personas Illustrium Principum et dominorum quondam Brandenburgensium Marchionum ex certis et rationabilibus causis, alienata fuerit aliquando, Tamen dominis Marchionibus predictis absque heredibus sexus masculini decedentibus ab hac uita, Nobiles, Milites, Clientes, ciues et uniuersi Incole Marchie Budiffinensis et Gorlicensis prefate, animaduersione debita cognoscentes qualiter ad Regnum et Coronam Boemie, tamquam ad immediatum et naturale dominium dudum pertinuerant, ad subiectionem et obedienciam dicti Illustris domini Johannis quondam Boemie Regis, genitoris antedicti domini nostri Imperatoris, tamquam ad ordinarium, legitimum et naturalem dominum suum, et ad Coronam Regni Boemie, de cuius gremio dudum constiterant, ut presertur, deliberacione non inprouida redierunt. Supradictus itaque dominus noster Imperator Karolus exquisitam diligenciam et sollicitudinem, quam sepe dicti Proauus pater et progenitores sui, quondam Boemie Reges ad obtinendum subiectionem, uasallagium et obedientiam Illustrium Principum, dominorum Slezie et Polonie Ducum, uidelicet Lignicensis, Bregensis, Munsterbergensis, Olsnensis, Glogouienensis, Saganensis, Opulienensis, Falkenbergensis, Strelicensis, Tefschinensis, Coflenensis, Bithumienensis, Stinauiensis et Oswecinensis, Principatus Mazouie, et ducatus in Plotzk, Principum et fidelium eiusdem domini nostri Imperatoris tamquam Regis Boemie ac progenitorum et predecessorum suorum Boemie Regum, principatus, seu ducatus Wratislauensem et Slezie nec non ciuitates uidelicet Wratislauiam, Nouumforum, Frankenstein, Stinauiam, Gör, Glogouiam, Namslauiam et pertinencias ipsorum et eciam Budiffinensem et gorlicensem Marchiam, ut presertur, non absque magnis impensis et infinitis laboribus habuerunt, in sue mentis acie continua meditatione reuoluens, ut uirtutis ipsorum frequencia, et sollicitudo laboris preteriti sub felici suo regimine solidetur, sicut dudum, de plenitudine Romane Regie potestatis, statuendum duxerat, Ita et nunc ex certa scientia statuit, de sue Imperialis plenitudine potestatis, quod omnes supradicte Sentencie et clausule Imperialium et Regalium litterarum, quas ad probationem dictarum intencionum adduxit, semper et ubique in Iudicio et extra et in singulis actibus publicis et priuatis, quociens tenorem prefencium legi siue publicari contigerit, eiusdem efficacie, uigoris et auctoritatis existant, ac si in figuris propriis originalia uiderentur, eo precipue, cum eadem originalia per eundem dominum Imperatorem, nos ac nonnullos Sacri Romani Imperij dominos, Principes, Barones et proceros, auscultata et examinata fuerint diligenter, ac demum communicato per antedictum dominum nostrum Imperatorem super om-

nibus premissis, nostro et nonnullorum sacri Romani Imperij Principum, Baronum et Nobilium consilio speciali, predictis omnibus de verbo ad verbum, prout superius exprimuntur, intellectis et in examen deliberate et prouide discussionis adductis, ne ex interpretatione sinistra quorumlibet predicti domini nostri Imperatoris tamquam Regis Boemie, heredum et successorum suorum Regum Boemie et Corone Regni eiusdem Juribus, honoribus et statui ualeat impofterum derogari, Ipse dominus Imperator, auctoritate Imperiali, dictos Slezie et polonie et ceteros predictos duces, ipsius tamquam Regis Boemie principes et uallos, cum principatibus, feodis et ualalliis ipsorum, presertim cum a Corona Regni prefati immediate dependant, dictum quoque ducatum Wratislauensem cum Ciuitate Wratislauia, Nouiforensi, Frankensteinensi, Stinauiensi, Görensi, Glogouienensi et ceteris opidis ibidem, nec non Marchiam Budissinensem et Görlicensem cum ualallis, ualallagiis, feodis, feodotariis, utilitatibus, fructibus, obuencionibus, Jurisdictionibus, Judicijs, honoribus, Juribus, Consuetudinibus et omnibus dictorum ducatus et Marchie pertinencijs, uelut utile et immediatum dominium suum et Regni Boemie prefati, eidem Regno et eius felici Corone in perpetuum, nostro et aliorum dominorum principum Electorum accedente consensu, adiunxit, incorporauit, inuiscerauit, asseripfit, apropriaui et indiuisibiliter ac inseparabiliter coniuuit. Specialiter eciam et ex nomine predictus dominus noster Imperator interpretatus est, diffiniuit, pronunciauit, protestatus est et dixit ac de certa sua sciencia declarauit, quod prefati Duces Slezie et Polonie heredes, et successores ipsorum imperpetuum, quociens Ducatus eosdem aut alterum ex eis uacare contigerit, ipsos uel ipsum a prefato domino nostro Imperatore, tamquam a Rege Boemie, ac heredibus et successoribus suis, Boemie dumtaxat Regibus, et a Corona Regni Boemie prefati, absque renitencia seu difficultate, in feodum teneantur suscipere dictoque domino Imperatori, tamquam Regi Boemie heredibus et successoribus suis Boemie Regibus et Corone Regni eiusdem, homagij, obediencie, fidelitatis et subieccionis debite teneantur et debeant prestare et facere corporalia iuramenta. Suppleuit eciam predictus dominus noster Imperator omnem defectum, si quis in litteris et privilegijs dictorum dominorum, diuorum Imperatorum et Regum Romanorum memorie recolende, aut eciam in ordinatione seu tractatu dicti sui genitoris, quem cum prefato domino Henrico, septimo et ultimo Wratislauie et Slezie Duce, habuisse dinoscitur, seu in reditu Nobilium, Militum, Clientum, Ciuium, incolarum Budissinensis et Gorlicensis Marchie, qui ad Coronam Regni Boemie, ut premititur, ex causis legitimis redierunt, uel in consimilis Tenoris suis litteris uerborum defectu, interpretatione dubia, sententiarum obscuritate, uel alia quavis occasione compertus fuerit, de certa sua sciencia, ac de predictae Imperialis plenitudine potestatis, Non obstantibus legibus, consuetudinibus, usibus, obseruancijs, iuribus municipalibus uel communibus, Statutis seu dictis publicis uel priuatis, factis et editis in contrarium quibuscumque, quas et que, quantum ad hec, ac si nominatim et de uerbo ad uerbum Suis litteris inscripta et inserta consisterent, eciam si de hijs iure uel consuetudine deberet fieri mencio specialis, Reuocauit, cassauit, irritauit, annullauit et de dicte Imperatorie potestatis plenitudine decreuit firmitatis fore nullius penitus uel momenti. Inhibuit eciam prefatus dominus noster Imperator Karolus, quod

nulli hominum liceat sui Imperialis indulti super premissis editi paginam infringere, seu ei quouis auctore temerario contraire, et voluit auctoritate sua contrafacientes quoslibet penam Mille Marcharum puri auri incurrere et earum medietatem fisco Romani Imperij, residuam vero Regum Boemie, successorum suorum, Cameris irremissibiliter applicari, sicut in litteris originalibus dicti domini nostri Imperatoris, quas sub bulla aurea, typareo Imperialis sue Maiestatis impressa, desuper erogasse dinoscitur, plenius et distinctius est expressum. Nos igitur, qui supra, Ludovicus dictus Romanus, Brandenburgensis et Lusacie Marchio, ex eisdem rationabilibus et evidentibus causis, quibus antedictus Serenissimus Princeps dominus noster Imperator Karolus, circumsperta sua prudentia motus fore dinoscitur, et ex omnibus predictis, tamquam ex motiuis legitimis sacri Romani Imperij magnificum statum et augmentum prospicientibus propensius animati, supradictis adiunctioni, incorporacioni, inuisceracioni, ascriptioni, apropiacioni, councioni, interpretacioni, pronunciacioni, diffinicioni, protestacioni, declaracioni, decreto, defectuum supplicacioni, reuocacioni, cassacioni, irritacioni, annullacioni, penorum adieccioni et omnibus alijs, que expressantur aut sunt expressata superius, uelut Marchio Brandenburgensis et Lusacie, sacri Imperij Archi Camerarius et Princeps Elector, animo deliberato et sano precedente consilio, nostrum beniuolum consensum et assensum presentibus adhibemus, ac supradicta omnia et singula ac eorum quodlibet in omnibus suis tenoribus, sentencijs, punctis et clausulis, de verbo ad verbum, prout supra uidentur expressa, ex officij nostri debito laudamus, approbamus et de certa nostra sciencia confirmamus plenissime, perpetuis temporibus valitura, Prefencium sub nostro Sigillo testimonio litterarum. Datum Nuremberg Anno domini Millesimo Trecentesimo Quinquagesimo quinto, in die beate Lucie virginis.

Nach einer im Böhmischem Kron-Archive zu Prag befindlichen authentischen Copie. — Die Kaiserl. Incorporations-Urkunde bei König, Reichs-Archiv (B. IV.) Part. spec. Cont. I. Thl. I. Forts. 1, S. 37.

MX. Markgraf Ludwig der Römer consentirt darin, daß mehrere Bayerische Städte und Schlöffer der Krone Böhmen incorporirt werden, den 29. Dezbr. 1356.

Wir Ludwig, genant der Romer, von Gots gnaden Marggraue zu Brandenburg vnd zu Lulicz, des heiligen Rom. Reichs Obrister Camerer, Pfalenczgraue bei Rein vnd Herczog in Beyern, Veriehen vnd tun kunt offentlich mit disem Briue allen den, die in sehent oder horen Lesen, daz die Hochgebornen fursten vnd Herren, her Ruprecht der elter vnd her Ruprecht der Junger, pfalenczgraue bei Rein vnd Herczogen in Beyern, in dez allerdurchluchtigsten fursten vnd Herren, Hern Karls, von Gots gnaden Romischen Keisers, zu allen czeiten merer des Reichs vnd Kungs zu Beheim, vnfers Lieben genedigen Herren vnd ouch vnserer vnd aller andirer kurfursten, geistlicher vnd werltlicher gegenwertigkeit, offentlich bekant ha-